

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
COMMENTARII VOX URBIS IN AN. MDCCCCVIII

Pretium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80
ubique extra Italiam Libell. 6,25
(Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25)
recto tramite mittendum

ad ARISTIDEM LEONORI Equitem

Commentarii "Vox Urbis," possessorem et administratorem

ROMAM, Piazza del Gesù, 48

Praemia sociis constituta:

Ex subnotatoribus quisque sive Vox Urbis kalendarium, sive tabulam m. 0,25 × 0,45 Pontificiam dominationis auspicationem referentem a Pio PP. IX anno MDCCCXLVI peractam, ad libitum sibi habebit.

Qui socios novos comparaverit duos pretiumque eorum subnotationis miserit, subnotatione sibi gratis omnino fruetur.

Qui socios novos comparaverit tres — bibliopolis exceptis — magnificam tabulam dono accipiet m. 0,63 × 0,85 in qua apposita charta manu facta, calcographice impressa, officina Urbani hospitii S. Michaelis ad Ripam, antiqua gloria insignis, imaginem retulit Pii X Pont. Max. vultus vigore, oculorum vi lineamentisque iure merito apud omnes celebratam.

Qui triginta socios novos comparaverit ante Iulium mensem — bibliopolis pariter exceptis — dimidiatum pretium itineris habebit a quovis Europae loco ubi vivit Romam usque, atque inde in domum suam, secunda, prouti vocant, ferriveharum classi usus.

Qui sexaginta socios novos comparaverit uti supra, eodem itinere gratis omnino gaudebit.

Ann. XI. ROMAE, Kal. Maiis MDCCCCVIII Num. V.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est:

In Italia: Libellarum 4,80
ubique extra Italiam: Lib. 6,25 (Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25)

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem

Commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA - Piazza del Gesù, 48 - ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN GALLIA
apud
Librairie Gamber

Paris
Rue Danton.

IN ANGLIA
apud
Burns and Oates

London W.
28, Orchard Street.

IN RUSSIA
Varsaviae Polonorum
apud
Gebethner et Wolf
Rakowskie Przedmiescie, 15.

"Kronika Rodzinna"
Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN CANADA
apud
Librairie Granger Frères

Montreal
1090, Rue Notre-Dame.

MAGNI MOMENTI MONITUM

Pontifica officina Candelarum ad Sacra
vapore acta

CONSTANTINI PISONI

ROMAE in ITALIA

CORSO Vittorio Emanuele, 127-129 — VIA Sediari, 1-2-3

innumerorum eorumque illustrium clientum suorum animadversionem
repetit in *faculas ad noctem* atque ad collu-
strandum, quas iure proprietatis sibi protexit.

In his

Lux — Salubritas — Parsimonia

Mundities — Diuturnitas — Commodum.

Sunt enim forma singulari; a ceteris huiusmodi omnino dif-
ferunt tum ex Italicis tum ex exteris officinis; perfecte com-
buruntur; tempus maximum durant.

**Qui semel expertus fuerit, eas procul dubio
in posterum semper adhibebit, nunquam relinquet.**

Vitrei caliculi consulto ad usum apparati venumdantur.

Candelae ex cera ad sacra - Candelae exquisitis ornamentis decora.

Officina condita est anno MDCCCLIII

Diversorium Magnum, cui a Minerva nomen
(Grand Hôtel de la Minerve)
ROMAE - Piazza della Minerva - ROMAE

Diversorium inter optima Romae, in Urbis centro,
recens omnino instauratum - Tercanta cubicula et
magnae aulae - Calefactio - Balnea - Electrica lux
ubique - Machinae duo ad ascendendum - Hiemale
viridarium - Ludi tridiculares - Aulae mulieribus
reservatae.

Sacellum pro sacerdotibus ad sacra litanda.
Leopoldus Scotti, moderator.

Gulielmus Gaudenzi
Romae, Tor Sanguigna, 2-3; Via Coronari, 1

cuique suppeditat coronas, numismata, Christi cru-
cifixi effigies, Sanctorum imagines tum insculptas tum
omnibus modis impressas, metallis caelata opera ad
sacra vel ad reliquias reponendas, pietatis libros,
omniaque in Puellarum Mariae usum; pulclarum arti-
tum specimina, musiva, caelatas sculptas gemmas et
similia; quorum maximum apparatus possidet.

Gallice atque Hispanice loquitur.

Prospectum subnotationis *Vox Urbis* Commentarii
in an. MDCCCCVIII
videas in quarta operculi pagina.

Ann. XI.

ROMAE, Kal. Maiis MDCCCCVIII.

Num. V.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

De asiatico periculo animadversiones.
De Ioannis Ruskin poetae iuventute.
De re litteraria apud Subalpinos. De Historia: Nicomedes Bianchi,
Alexander Salutis marchio, Joannes Bosco sacerdos.
Ex Batavia. - De certamine poetico Hoeuffiano in annum MCMIX indicito.
Vis electrica. - Carmen FRANCISCI SOFIA-ALESSIO Radicenensis in certa-
mino poetico Hoeuffiano magna laude ornatum anno MCMVIII.
Vox Urbis palaestra. - De studio latinitatis quid sentiendum.
Cerevisiae potator.
Colloquia latina. - Mensae extuctio.
Acta Pontificia. - Sanctissimi Domini Nostri Pii divina providentia
Papae X litterae encyclicae de modernistarum doctrinis: Modernista
historicus et criticus.

Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae se-
lectae.
Diarium Vaticanum. - Coram SSmo admissiones. - Pontificiae electio-
nes. - Varia.
Annales. - Inter Italos atque Turcas discrimen. - Regum et administro-
rum itinera. - Mauritana res. - Ex inferiore America.
Publici per Orbem coetus legibus ferendis.
Per Orbem.
Aenigmata.

In tertia operculi pagina: TARCISIUS - Actio dramatica I. B. FRANCESIA
versibus senariis conscripta.

DE ASIATICO PERICULO ANIMADVERSIONES

Quae gentes Asiam incolunt, hostilem animum in
Europam pariter atque in Americam inque omnes
albi coloris populos fovere a multis praenunciantur;
quin imo ingens hoc, quod nostris litoribus imminent
discrimen putant, «flavum discrimen» multis vocari
placuit. Cuius discriminis ruinae nostrarum gentium
superbiā non iniuria terruerunt atque commoverunt
maxime; tanto enim periculo obesse, ob populorum au-
daciam, quos barbarorum in numero hactenus habui-
mus, ingratissimum nobis evadit.

Haec quidem commentabatur iam Carolus Pearson
in libro quem de Nationum vita atque ingenio scripsit,
ubi satis ostendit quoniam pacto Asiaticos inter atque
Europaeos et Americanos aemulationes paullatim
crescant odioque multiplicentur. Quia vero albi col-
oris populi selectos sese fatorum decreto reputant
suumque esse triumphum aeternum, idcirco inter
utramque terram et gentem bella tandem futura
leviter passim respiciunt. Evidet nosrae gentes
summis sese valere tum animi tum corporis viribus
autumnant, quibus nulla gens ditata sit unquam. Saepe
autem accidit, ut populi qui nova fata experiuntur non
eos expellant, qui ante se terram incoluerint; at potius
possint vitam instruere suam, atque una miseri illis,
quoadusque saltem aemulatio non inceperit, quae
alios incitet adversus alios ad arma.

Bis mille enim per annos et amplius sive As-
syrii, sive Aegyptii, vel Graeci aut Persae suo quique
loco crescere et multiplicari visi sunt, quamvis ex
iis nemo princeps in alium imperium obtinuerit.
Simili modo homines, neque Christiani omnes, neque

Christianī nominis inimici, delabente Romano imperio
dies vixerunt simul. Nonne et hodie Christifideles
ipsi quamvis post haereses Germanicas aut Anglicas
non una omnes confessione fidei vivant, attamen licet
praenoscere nemini utrum haec vel illa confessio
civilem triumphum sit adeptura? Neque minus incer-
tum est utrum haec an illa ex factionibus acerrimis
quae nostrorum civium animos hodie dividunt aemulo-
los superatura sit. Quamobrem non iniuria putandum
est, — concludunt — nisi hinc asiaticarum gentium
motum inopinatae vires cohiberint, futuros dies ne-
que nostrarum omnino gentium neque flavorum po-
pulorum in potestatem cessuros.

Verumtamen hoc, quod tamdiu viguit, Europaeum
gentium dominium non in una tantum, sed in
duabus mundi partibus iam decidere confitendum
est. Si enim Angli sese Indorum aut Afrorum vel
Australiensium a litoribus expelli noluerint, libertate
multa eos regere et gubernare cogentur. At eadem
hac libertate illi ferme abutentes in Anglos arma
parabunt sese munient ita, ut certa die in dominos
insurgere eosque suis e finibus arcere queant. Si autem
horum populorum gravare iugum illi tentaverint, haud
abest periculum quin Indiae omnes gentes et Per-
siae coniuratione inita eos quam cito suis e litoribus
abigant.

Similia de Iaponico populo dicenda sunt; qui
opibus licet pauper, mira sane prudentia atque con-
stantia incredibili arma multiplicat in dies ita, ut videatur,
Russis superatis, nullum iam hostem perti-
mescere amplius. Quinimo gentis suaegestatem
iuware quodammodo nitit videntur, ut facilius dedu-

cantur passim in Americam coloniae, quae commerciorum vias sternant undique. Hisce itaque inceptis Canadiani simul atque foederatarum civitatum Americani mordicus obstant; quanam enim alia de causa Americanorum classis trans meridionalem fretum ad oppositam Oceani partem missa est, nisi ut Americanorum voluntatem coercendae huiusmodi immigrationis aperte significaret?

Neque aliud Australienses decrevere, qui flavorum populorum immigrationem maxime periculosam sibi rati, eos lata lege suis quoque e finibus decreverunt arcendos, iamque opes parant et arma, ut liceat forte congregientes Sinenses vel Iaponios repellere et propulsare.

Postremi denique coloni, Saxonica plerumque e gente, qui extremam Africæ terram inhabitant, Sinenses vel Iaponios opifices vel agricultores aut baiulos omni decreto cohibere suis a terris constituerunt. Quibus legibus factum est ut Asiaticæ illæ gentes arctis in finibus suis vivere coactae, egredi inde non valent.



Quae cum ita sint, iam nemo non videt quantum hac in prohibitione periculum abdatur. Flavi enim populi illi incredibili modo ita multiplicantur in dies, ut facere non possint quin aliquando districto gladio suis e regionibus erumpere et novas sibi sedes novumque quaerere locum sive Nordica in Asia, sive in America cogantur. Quod vero ac quantum inde sit oriturum bellum vaticinari iam nemo valet; unum tantum licet proferre votum, ne nostrarum gentium humanitatisque nostræ id in exitium sit futurum.

DE IOANNIS RUSKIN POETAE IUVENTUTE

Brantwood solitario in rure Ruskinus ille, qui « pulcritudinis » novissimus praeco a multis habetur, quem senectutem duceret, primæ aetatis suaæ memorias libello revocavit, quem *Praeterita* latino titulo inscripsit, hoc præsertim consilio ut animi sensus eosdem se retinuisse monstraret, quos adolescens acceptisset. Iuvat igitur ad scriptorem magis magisque intelligentum simul et iudicandum qualis ille tum fuerit, stricto licet calamo, ex ipsis testimonio repetere.

Pater ei contigit Ioannes Iacobus mercator, iustitiae aequitatisque vir studiosissimus, quas virtutes in eius sepulcri titulo filius voluit memoratas, addens se ab eo didicisse « mentiri nunquam ».

Ceterum Iacobus non tam pater et comes, quam magister et institutor filiorum apparuit. Ille enim dum vini mercaturam exercet, a bonarum artium delectationibus plane non abhorret. Ut profecto nobilibus plerumque clientibus utebatur, ita eorum per domus saepe ut amicus exceptus commorabatur atque signorum tabularumque collectionibus, quae ibi, ut plurimum, prostant, quam maxime delectabatur. Mane vero suis coram filiis famulisque preces recitabat, sacrasque scripturas pie perlegebat quotidie. Caritatis autem institutis atque operibus ita studiose adlaborabat, ut ad centena usque millia libellarum hunc in finem quondam erogaverit.

Eius uxor rigidioribus quoque moribus praedita erat. Rigidum itaque, immo durissimum ad vitae institutum filium aluit; vitaeque humanae dolores ita volebat filiis esse obvios et dilectos, ut si vel forte infantuli ferventem pixidem tangerent, ab urente tactu nollet a nutrice eos prohiberi. Sed ipsa poetae nutrix haud minus severa indole pollebat; itaque diuturnas infantulum horas in hortulo producere sinebat, quiete et silentio circumdatum et rerum uno adspectu oblectatum.

Quare non est mirum sequentem per vitam suavissimum Ioanni fuisse pulcas res adspicere, quas hominum coram oculis Deus ostendit.

Sacrae scripturae lectio huic institutioni addita est, quae summorum poetarum flamina in se continet. Venerandi divinos libros atque adorandi studium una Ioanni mater tradidit. Vix enim legere edocitus puer, una cum eo matre sacra illa legebatur et ferventi recitatione repetebat. Quae quamvis filiolus haud intelligeret, ad preces tamen et piam meditationem eius animum efformarunt. Nam plures per annos, quoadusque Oxfordium primum adolescentis tenuit, Bibliae sacrae lectioni quotidie consuevit intendere. Prophetarum itaque verbis eruditus, naturae in operibus Deum intueri didicit.

Poetas insuper suaæ gentis maximos, qui saeculo præsertim XVII floruerent, quotidie pariter sub vesperam a patre audiebat. Hisce operibus ad scribendi artem vocari sese cito sensit, ita ut quum vix plane scriberet, libros digerere ausus fuerit et carmina condere. Sex enim vix annos natus, versibus iam et milesii fabulæ suum effundebat ingenium, pauloque post suaæ ipsius vitae gesta reddere versiculis coepit. Paullatim autem et forma et stylo expolitis ita præcelluit, ut quum decimumseptimum aetatis annum ageret, in Turnerii patrocinium dissertationem vulgavit, ubi arte sua iam omnino potitus apparuit.

Ut vero poetarum suaæ gentis sapientia a nebulosis vagisque finitimorum Germanorum elucubrationibus iuvenem scriptorem servavit immunem, ita naturalis pulcritudinis adspectus referendos delineandi ars eum adiuvit, cui undecimo vitae suaæ anno operam

primum dedit. Haud enim, ut Wordsworth poeta, Ruskinus vano desiderio exoptabat ut campanulae flores umbrarum suarum pulcritudinem viderent, sed ipsum florem ipsamque umbram delineare apte ipse conabatur. Quamobrem pulcritudinis cuiusque intimas et aptas rationes ac leges sedulo ille requirebat, atque diligenter omnia examinans nubium, caeli, montium, maris, et arborum intimos illos reperiebat nexus, unde omnis pulcritudo exsurgit.

Haec omnia crebris itineribus perfecta sunt: nam per medium saeculum et ultra adsidua itinera poeta instituit iuxta acceptum iam suis civibus morem, qui a saeculo usque XVIII et Lutetiam Parisiorum, et Romam, Florentiamque vel Genavam visitabant. Nam etiam tum puerulus aestivo tempore a parentibus per itinera adducebatur; mox, singulos in annos, Angliam, Scotiam, Belgiam, Galliam, Helvetiam, Italię longe lateque lustravit, urbes invisit, musea, amoenissima quæque loca quaesivit, templa adiit, montes ascendit.

Quoties autem novae humanitatis artibus viribusque perturbari loca pulcherrima videbat, ferreis que tramitibus arva dilacerari, dolore intimo afficiebatur. Meminerat enim veterum curruum, quibus, equis actus tinnientibus, ipse cum suis diuturnos per menses Angliam Galliamque paullatim et veluti sensim ac pedetentim omnia et singula demirabatur, atque ex ea memoria maximum delectamentum recipiebat. Veterum quoque civitatum adspectus, viaeque earum arctæ et obscuræ vehemens gaudium eius in animo suscitabant.

Oxfordiensis in athenæo poetae institutio postremo expleta est, quod ingressus fuit a. M DCCC XXX VII; ibique quum est exceptus, anglicam patriam diligere omni sensu et virtute coepit eiusque terram et historiam studio prosequi operosissimo.

Ac maxime quum sacris adesset, religiosi ritus pompa captus, in magistratus, in ordines atque in reipublicæ imperium venerationem, quam a rigido patre accepérat, augeri in se sentiebat atque ita firmari, ut, vel in iis quae de socialismo scripsit, ipsam arctissime retinuerit.

Hisce itaque modis et elementis — ut ita dicam — Ruskinii prima aetas imbuta atque instituta, futurum poetam lectissimum hominumque amantissimum aluit et suaæ aetati paravit.

Virtus, recludens immeritis mori
Caelum, negata tentat iter via,
Coetusque vulgares et uadum
Spernit humum fugiente penna.

HOR., Od. III, 2

DE RE LITTERARIA APUD SUBALPINOS

DE HISTORIA

(Cfr. num. sup.)

Nicomedes Bianchi.

Hunc Regii Lepidi natum in Aemilia inter historicos subalpinos libenter adnumerabo, quod diu apud nos sit moratus, et quod Augustae Taurinorum variis sit muneribus perfunctus; denique quod historiam exaravit, quæ ad Augustam Domum in primis pertinet. Complura edidit, sed præ ceteris iuvat commemorare *La Storia documentata della Diplomazia italiana*. Ad hoc, devexa iam aetate, suis attamen iudicis semper instinctus adversus Ecclesiae iura, historiam quoque conscripsit, cui titulus: *Storia della monarchia di Savoia*.

Dolendum sane, quod ipse plus aequo studiis temporis sui indulserit, et iura saepe Ecclesiae aspernatus, in multa inciderit commenta a veritate omnino aliena. Quo facto haud leviter infidelitatis insimulatur, quod parum diligenter, parumque integra iustitia complura descripserit, in quibus imperium cum Ecclesia dimicat. In istis vel consulto vel etiam falso deceptus doctrinae studio, qua maxime recentiores innituntur, multa passim putidius narrat, magna veritatis eademque religionis offensa. Obiit Aug. Taur. a. M DCCC LXXXVI.

Alexander Salutius marchio.

De historia militari subalpinorum benemeritus est Alexander Salutius, qui antiquam gentis nobilitatem præclaris virtutibus cumulavit. Operam suam, subalpinis præsertim militibus dicatam, adpellari voluit: *Souvenirs militaires*. Eo nomine volumen exaravit, ut milites nostri, nobilibus maiorum exemplis informati, adsiduisque operibus bellicis indurati, diligentissime avitam animorum duritiæ ac fortitudinem conservarent, et illa civilis et militaris prudentiae documenta, quibus italicum decus tuerentur. Quod multo acris subalpinis erat admittendum, quibus italicæ salutis et dignitatis praesidium apertissime divinitus esse creditum et commissum videbatur.

Idem, consilio Caroli Alberti regis, augustae soibolis eximius educator exstitit, et pulcri exquisitus cultor, poesim diligentius excoluit, et carmina haud equidem spernenda evulgavit. Diem obiit supremum Aug. Taur. a. M DCCCLIII.

Ioannes Bosco sacerdos.

Haud a re mea alienum putabo, paucula dicere et de hoc sanctissimo viro, qui totam vitam in pueris edocendis tutaudisque transegit.

Hic, difficillima tempora nactus, quibus veritati rerum obfuscari in deliciis erat, ac plerique in transversum sensum abripi, amore quodam pravitatis, tradi-
cendi patiebantur, ne pueri, quos unice diligebat, falsa rerum cognitione imbuuerentur, historiam exarare consilium coepit. Simplex eius narrandi ratio, aperta, sententiis exornata, quae pueris intelligentiae aptatae, eorum commodo atque utilitati maxime inserviunt, omnibus aetioris ingenii viris adprobatur, ac summis laudibus ad caelum adtollitur. Quin imo, in publico certamine ab ipso Subalpinorum supremo rei litterariae antistite proposito, primas tulit, praemiumque meruit.

Haud longe a veritate abierunt, qui testantur, hunc virum, quem suam Italiae historiam conscripsit, eo contendisse ut omnia illa volumina quae sua aestate prope scholas impleverant, pravo sed consilio maloque composita, e tironum manibus essent expungenda, quod quidem iudicium eventus comprobavit.

De Pontificibus Maximis primae Christiani Nomini aetatis vitam exaravit; quae exquisitissimis rerum documentis innixa ubi in lucem apparuit, omnibus laudibus accipiebatur. Epitomen quoque Historiae Sacrae atque Ecclesiasticae evulgavit, in quo vitas excellentium sanctorum quasi concludere constituit. Re enim vera eius historia praestantissimorum virorum imagines nobis exhibet graphicè depictas, atque egregia ad imitandum exempla.

In omnibus hisce libris dictio est elegans et purior, locutiones sincerae, faciles, planae, perspicuae et nativa quadam simplicitate sponte fluentes, unde tirones germanam pure loquendi consuetudinem hauriant.

Quo facto, quemadmodum per historiam Italiae effecit, ut complures scriptores, qui prava volumina pro pueris exaraverant, e scholis, maximo veritatis incremento, tandem auferrentur, ita per historiam Ecclesiae, ut quot essent auctores haereticam pravitatem redolentes, in desuetudinem abirent.

Sanctissimus sacerdos, Taurini abhinc viginti annos defunctus, veneratione dignus novissime est Romae renuntiatus.

SUBALPINUS.

Ex Batavia

De certamine poetico Hoeufftiano
in annum MCMIX indicto

Accepimus, et libenter edimus:

A. d. vii Id. Mart. in consessu Ordinis litterarii regiae disciplinarum Neerlandicae academie judices de XXV carminibus ad se pro certamine an. MDCCCCVIII missis hunc in modum rettulerunt.

Carmen ad Hugonem Edm. de Amicis filium quia auctoris nomine iam editum est excluditur certamine.

E reliquis carminibus octo propter formae et rerum debilitatem seposita sunt, quae per gradationem a minore sic ordinavimus: *Futurum vivere tempus, Atheismus, Carmela, Deserta hiemis tempore, Bñ δ'ιξετον παρόν θίνα, Creta insula, De italica calamitate, In laudem Humberti Regis Italiae.*

Aliquanto meliora sunt sex carmina: *Italiae gentis carmen saeculare Iosepho Garibaldi dicatum, Savonarola, Idyllion: audiat vocatus Apollo, Humaniores litterae instauratae, Petrus antistes Christianorum, Eunus Syriacus.*

Tria carmina: *Iupiter amans, Mater divisorum et Ruso tucullio multis nominibus se commendant, imprimis postremum, quod prelo et fortasse praemio dignum iudicaretur, nisi vitiis metricis sat gravibus et aliqua orationis dedecoraretur.*

Restant septem carmina ceteris omni ex parte anteponenda: *Vis electrica, Soterichus, Vita urbana, Rusticatio, Sanctus Theodorus, Post occasum Urbis, Claudia vestalis, quae in lucem emittentur una cum Oda alcaica Ad conventum Hagensem de publica pace, quam praemio ornavimus et cuius auctor est Alfonso Casoli, Mediolanensis (1). Reliqua in lucem prodibunt, simulatque aperiendi schedulas veniam a scriptoribus impetraverimus, quam dedit iam auctor Claudio vestalis Franc. Xav. Reuss, Romanus et Vitae urbanae Petrus Rosati, Bononiensis.*

Ad novum certamen cives et peregrini invitantur his legibus, ut carmina latina non ex alio sermone versa nec prius edita argumentive privati nec quinquaginta versibus breviora nitide et ignota iudicibus manu scripta, sumptu suo ante Kal. Ianuarias proximi anni mittant ad Hermannum Thomam Karsten, ordinis litterarii Academiae Ab-actis, munita sententia, item inscribenda schedulae obsignatae, quae nomen et domicilium poetae indicabit. Ceterum iudicibus gratum erit, si poetae in transcribendo portabile prelum Britannicum (*typewriter*) adhibere velint.

Praemium victoris erit nummus aureus quadrigentorum florenorum. Carmen praemio ornatum sumptibus ex legato faciendis typis describetur eique subiungentur alia laude ornata, quando schedulae aperiendae venia dabitur.

Exitus certaminis in consessu Ordinis mense Martio pronuntiabitur, quo facto schedulae carminibus non probatis additae Vulcano tradentur.

Amstelodami.

H. KERN
Ordinis Praeside.

(1) Clarissimus hic Societatis Iesu sacerdos, a nobis quaesitus, ultra promisit se oden ipsam ad nos brevi missuram, ut in commentario nostro edamus. Cuius praelationis ob signum maximam ei gratiam referimus.

VIS ELECTRICA

Carmen FRANCISCI SOFIA-ALESSIO Radicenensis

in certamine poetico Hoeufftiano magna laude ornatum anno MCM VIII (1)

*Fervens, vis celeris, tu fluis undique,
Tu caelum, pelagus, ruraque possides.*

*Vis electrica, curre,
Blandis te numeris canam.*

*Tu fulges crepitans, tu quat is aethera,
Tu nimboسا feris culmina montium,
Tu, dum decidit imber,
Terres corda fragoribus.*

*At vis, exsiliens, corpora circuit,
In campos penetrat, praefterit aequora
Velox, atque sub axe
Regnat per vada frigida.*

*Vis urget validas fervida machinas:
En currus rapitur, litora pervolat,
Praecepit antra pererrat,
Tangit viscera montium.*

*At per fila citum currit ahenea
Signum; percipimus verba loquentium;
Quidquid fundimus ore,
Longinquis damus auribus.*

*Cantus dant teneros dulcia guttura,
Concentum referunt fila trementia,
Atque absentis amici
Vox auditur amabilis.*

*Miris nocte modis vis micat ignea,
Praebet clara polo lumina frigido:
En Aurora (2) renidet
Terris in glacialibus.*

*Admiranda chlamys pendet in aethere,
Quae fulget variis sparsa coloribus.
Mundi saepe rigentem
Spargit lumine verticem.*

*Mirum! prosiliunt lumina caerulea,
Vastum crebra secant aera fulgura;
Caeli tempa refugent,
Tellus enitet algida.*

*Lumen laetificat candida litora,
Tum surgit gelidi verticis incola,
Et fulgere micantem
Lustrat luminibus polum.*

*Ignes ex oculis acribus emicant,
Ac vi fulminea pectora commovent.
Quid? Num lumina nostra
Vis electrica circuit?*

(1) Socio alteri, qui poeticae virtutis specimen egregium praebuit apud exterros pro meritis aestimatum, Vox Urus gestiens gratulatur.

(2) Aurora borealis, quae polum clara luce collustrat.

*Urit corda, tuens, blanda puellula,
Ad se culta trahit blanditiis viros,
Ut ferrum lapis ad se
Magnes allicet, et trahit.*

*Saepè electrica vis motibus excitat
Magnetis validam vim; levis omnia
Tifillat, furit, urget
Terras, et crepitans micat.*

*Vis nutrit nitidas ignea lampadas.
Dispellunt tenebras lumina fulgida,
Splendent nocte silenti
Urbes, atque suburbia.*

*Non vis fila, fluens, tangit in aethere,
Terras, et pelagus libera pervolat,
Momentaque remotum
Ad litus cita pervenit.*

*Vis, vibrans, tenuem commovet aethera,
Mirum! signa volant agmine praepete;
Non illis iuga montis
Obstant, nec furor Aeoli.*

*Errantes, pelagus dum fremit asperum,
Naves excipiunt signa voluntia.
Possunt aequore facta
Terra discere navitae.*

*Concordes animi saepe legunt graves
Casus, atque gemunt tristia funera,
Laetantur simul omnes,
Dum fortuna favet plagis.*

*Sit laus ingenio, quod nova repperit;
Iam rerum volitat fama per aethera,
Et Marconius (1) alto
Tangit sidera vertice.*

*O vis instabilis, nunc propora, vola,
Inter se populos concilia leves,
Terram perge fovere,
Aethram sparge coloribus.*

*Verum praeniteat mentibus omnibus,
Iam mores placidos induat aspera
Aetas, respuat arma;
Surgant aurea saecula.*

*O electrica vis, gloria saeculi
Nostri, tu crepitans aethera pervalet,
Dum tu fervida polles,
Virtus fulgeat inclita.*

(1) Wilhelmus Marconi, physicus ille, qui telegraphum sine filo invenit.

VOX URBIS PALAESTRA

De studio latinitatis quid sentiendum

Pleni sunt omnes libri, plena sapientum voces, plena exemplorum vetustas, quae iacent omnia in tenebris nisi litterarum lumen accederet.

CICERO.

Utrum excolendo animo et confirmandis moribus studia latinitatis conducant, permultum, his etiam temporibus, in utramque partem disputatum est.

Alii enim, molem admirati doctrinarum, vel litterarum ignari, vel nullo praediti ingenio, vel praeiudicatis imbuti opinionibus, vel denique ob quoddam concertationis studium, litteras omnes, latinas praesertim, omnino contemnunt; alii autem, criticis dediti studiis, contra sentiunt, nec tamen doctrinas et sapientiam despiciunt, quas cum litteris coniungendas putant. — Nec desunt qui, licet latinam loquendi scribendique facultatem, quae ad optimos ac vetustissimos latinitatis auctores interpretandos praesertim sit necessaria, probent, ut rem maximi momenti, veteri tamen discendi consuetudini adhaerentes, novas vias et rationes, e quibus optimi scriptores egressi sunt, quidquam valere negant (1). — Quos equidem praetermitto.

Quum autem nostra aetate latinae litterae in ea opinione sint, ut, quantum equidem iudicare possum, apud non paucos improbentur, earum potius utilitatem quibusdam confirmari argumentis nostra interest, quam novas earum discendarum rationes defendere.

Tribus praecipue de causis latina lingua excolenda videtur.

Quum, nostra aetate, processus studiorum historiam et criticam investigandi rationem omnino sequatur, quis poterit latinas litteras, in quibus tota res fulget veterum Romanorum sapientia, tantae magnitudinis et potentiae causa, procreatrix et quasi parens cultus nostrorum temporum, sine detimento doctrinae suae ignorare? Patrifamilias doctorem praeclarum interroganti, quid utilitas filius esset assequitur, si eum latinis graecisque litteris erudiret: — « Cognosceret — inquit hic — veterum sapientiam, in qua, veluti in semine, tota nostrorum doctrina continetur ». Ac recte quidem. Quid enim aliud homines huius temporis sumus, quam, ut Mansoniana quadam comparatione utar, pumiliones, humeris sublevandi a veteribus, quasi a viris praestanti magnitudine, ut multo plus quam humili strati, videre possimus? Nonne veteres Romani exemplo suo ostenderunt maxime quid virtus et quid sapientia possit? Ovidius in *Fastis*

Ianum sic loquentem inducit: *Laudamus veteres, et nostros utimur annis: nobis contrarium profiteri licet. Nostra enim doctrina dignitur atque efflorescit ex antiquorum sapientia, cuius, quum recentiores latini, tum maxime Italici, haeredes iure appellamur et sumus. Nostra ipsius Urbis est memoria, ut domestica nosse nequeamus, nisi mores, vitam, institutaque Romanorum, quae in monumentis litterarum expressa sunt, optime noverimus.*

Praeterea, nonne verborum doctrina nos docet recentiores linguas Europae ortas esse ex evolutione quadam linguae romanorum? Quis ergo poterit italicice scribere quidquam, latinam lingam ignorans? Optimus quisque scriptor, ut Aligherius, Petrarcha, Boccaccius, Areostus, Machiavellus, Casa, Mansonius, Leopoldius, et alii quos omitto, latinos graecosque sequuntur est duces; nos, sine studio latinitatis quidquam mediocri lingua scribere voluerimus? Illud ne excidat, litteras doctrinasque tunc maxime in Italia, atque apud alias Europae gentes, floruisse, quum intermissa studia elegantioris antiquitatis restituta sunt. Multi nugatorium opus censem vacare latinis litteris: sint hae sane inutiles, sit latinus sermo graeco minus rotundus: habet tamen eam brevitatem, partium cohaerentiam, verborum dispositionem, severitatem quamdam maiestatemque, ut exempla summae elegantiae non minus quam Graeci, cum in oratione soluta, tum in carminibus, praebeat.

Latinae igitur litterae utiles videntur ad iudicium prudens et elegans assequendum; nec quisquam potest ad studium scribendi se conferre, quin antea linguae latinae studuerit. Afferunt enim eas excoletibus iustum rationem, modum, temperantiam, aequitatem, illud denique, quod Aligherius noster appellavit *lo fren dell'arte*. Accedit quod, ob difficultatem, quae in optimis auctoribus interpretandis invenitur, diligentissimi cuiusque, qui suas vires in hoc genere pericitur, mens acrior evadit: quod instiuentis animis maxime confort.

Quis denique ignorat prudentiae ad usum quotidiani necessariae maximum apud latinos inveniri thesaurum?

Rem autem propositam sapienter evolvere, quid secundum naturae leges maxime deceat, quid non, subtili artis, id est rationis, iudicio videre, rerum causas et consequencias comprehendere; haec omnia unde melius didiceris quam ex praestantissimis illis ingenii, quibus Tullii verba convenient: « quum minime videbamur, tum maxime philosophabamur? ».

MARIUS CARDINALI

Audit. Altior. Litterat. in athenaeo Leontano Urbis.(1) De quibus vide *LOLLIUM PETRI ANGELINI*, III.

CEREVISIAE POTATOR

Senex inulta barba, hebescente oculo, verticem capillo nudum pileolo vix protegente, at cerevisiae magna pixide operculo liberata prae se ferens, en potator insanabilis ad haustus sorbendos cum fumo tabaci, quem e putido trajectorio dicit, intermissos, apprime est promptus ac paratus. Lacernam et petasum ad rude scannum inordinate iecit in caupona, obscura quidem, nisi solis radius ex parvae fenestrae disiuncto ostiolo superbe sese immitteret. Haec lux imaginem combibonum trium nobis patefacit, ex quorum aspectu haud facile dixeris utrum ante dolium antiquum lepidam historiam commententur, an cuiuspam doli, cuius effectus iam praegustent, machinationem moliantur....

Haec David Teniers sapienti penicillo in tabula acute expressit; Burghesia pinacotheca in suburbanu rure, nunc Humberti I regis nomine distincto, servat; nos Belgicae artis specimen, iucundum sane, lectorum sub oculis ponimus.

*Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quaerimus invidi.*

HOR., Od., III, 24.



Cerevisiae potator.

Tabulam D. TENIERS photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae.

LAUR. — Papae! reluctant non secus ac tersum speculum!

ARCH. — Hoc meis debent manibus: heri ad sudorem defricui. Mantile mundum singulis impone orbibus: iuxta vero cultrum cochleare.

LAUR. — Monstra mihi salina; implebo. Ubinam sunt?

ARCH. — Foris propter ianum triclinii videbis armarium; aperi, invenies illic. Una adfer canistrum.

LAUR. — Scio consuetudinem; sub unumquodque mantile addam panem triticeum candidum.

ARCH. — Sicut dicas. Panem autem secundarium seca in partes oblongas, ut circumferatur cupientibus.

LAUR. — Videtur hic panis non recens.

ARCH. — Ne te crucies; abi, statue salinum hoc in media mensa. Ego aquam hauriam extergendis eyathis vitreis et cantharis.

LAUR. — Iamiam operam tibi navabo.

ARCH. — Cave ne illidas illos in marginem situlae

et defringas; crystallini sunt et cari.

(1) Ex dialogorum libro ANTONII VAN TORRE S. I. Antwerpiae ed.
an. MDCVII. — Passim retractavit I. F.

COLLOQUIA LATINA

Mensae exstructio (1).

LAURENTIUS. — Heus, heus, Architricline, extrue ocyus mensam; est enim prandendi tempus. Herus convivas praestolatur.

ARCHITRICLINUS. — Iam unum id ago; quaeso, sis mihi paululum subsidio.

LAUR. — Non recuso. Ubi est mappa?

ARCH. — Iacet in sorinio sub mensa.

LAUR. — Ubi autem stannei orbes?

ARCH. — Respice; sunt ad manum supra abacum.

LAUR. — Quotquot opus est eluere?
 ARCH. — In singulos convivas vitra bina; vinarium alterum, alterum cerevisiarium.
 LAUR. — Numquid desideratur praeterea?
 ARCH. — Adferamus sedilia e proximo conclavi. Nunc confusa suo quaque loco reponamus. Coenaculum instructum est: adsint convivae, ubi libuerit.
 LAUR. — Patrem familias commonefaciam.

ACTA PONTIFICIA

Sanctissimi Domini Nostri Pii divina providentia Papae X litterae encyclica de modernistarum doctrinis.

(Cfr. num. sup.).

Modernista historicus et criticus.

Sed postquam in modernismi assectatoribus philosophum, credentem, theologum observavimus, iam nunc restat ut pariter historicum, criticum, apologetam, reformatorem spectemus.

Modernistarum quidam, qui componendis historiis se didunt, solliciti magnopere videntur ne credantur philosophi; profitentur quin immo philosophiae se penitus expertes esse. Astute id quam quod maxime: ne scilicet cuiquam sit opinio, eos praeiudicatis imbui philosophiae opinionibus, nec esse propterea, ut aiunt, omnino obiectivos. Verum tamen est, historiam illorum aut criticem meram loqui philosophiam; quaeque ab iis inferuntur, ex philosophicis eorum principiis iusta ratiocinatione concludi. Quod equidem facile consideranti patet. — Primi tres huiusmodi historicorum aut criticorum canones, ut diximus, eadem illa sunt principia, quae supra ex philosophis attulimus: nimur agnosticismus, theorema de transfiguratione rerum per fidem, itemque aliud quod de configuratione dici posse visum est. Iam consecutiones ex singulis notemus. — Ex agnosticismo historia, non aliter ac scientia, unice de phaenomenis est. Ergo tam Deus quam quilibet in humanis divinus interventus ad fidem reiiciendus est, utpote ad illam pertinens unam. Quapropter si quid occurrat duplici constans elemento, divino atque humano, cuiusmodi sunt Christus, Ecclesia, Sacramenta aliaque id genus multa; sic partendum erit ac secernendum, ut quod humanum fuerit historiae, quod divinum tribuatur fidei. Ideo vulgata apud modernistas discretio inter Christum historicum et Christum fidei, Ecclesiam historiae et Ecclesiam fidei, Sacraenta historiae et Sacraenta fidei, aliaque similia passim. — Deinde hoc ipsum elementum humanum, quod sibi historicum sumere videmus, quale illud in monumentis appareat, a fide per transfigurationem ultra conditiones historicas elatum dicendum est. Adiectiones igitur a fide factas rursus oportet, easque ad fidem ipsam amandare atque ad historiam fidei: sic, quum de Christo agitur, quidquid conditionem hominis superat, sive naturalem, prout a psychologia exhibetur, sive ex loco atque aetate, quibus ille vixit, conflatam. — Praeterea, ex tertio philosophiae principio, res etiam, quae historiae ambitum non excedunt, cibro veluti cernunt, eliminantque omnia ac pariter ad fidem amandant quae ipsorum iudicio, in factorum logica, ut inquiunt, non sunt vel personis apta non fuerint. Sic vo-

lunt Christum ea non dixisse, quae audientis vulgi captum excedere videntur. Hinc de reali eius historia delent et fidei permittunt allegorias omnes quae in sermonibus eius occurunt. Quaeremus forsitan qua lege haec segregentur? Ex ingenio hominis, ex condizione qua sit in civitate usus, ex educatione, ex adiunctorum facti cuiusquam complexu: uno verbo, si bene novimus, ex norma, quae tandem aliquando in mere subiectivam recidit. Nituntur scilicet Christi personam ipsi capere et quasi gerere: quidquid vero paribus in adiunctis ipsi fuissent acturi, id omne in Christum transfruent. — Sic igitur, ut concludamus, a priori et ex quibusdam philosophiae principiis, quam tenent quidem sed ignorare asserunt, in reali, quam vocant, historia Christum Deum non esse affirmant nec quidquam divini egisse; ut hominem vero ea tantum patrasse aut dixisse, quae ipsi, ad illius se tempora referentes, patrandi aut dicendi ius tribuant.

Ut autem historia ab philosophia, sic critice ab historia suas accipit conclusiones. Criticus namque, indicia sequuntur ab historico praebita, monumenta partitum bifariam. Quidquid post dictam triplicem obtruncationem superat, reali historiae assignat; cetera ad fidei historiam seu internam ablegat. Has enim binas historias accurate distinguunt; et historiam fidei, quod bene notatum volumus, historiae reali ut realis est opponunt. Hinc, ut iam diximus, geminus Christus; realis alter, alter qui numquam reapse fuit sed ad fidem pertinet; alter qui certo loco certaque vixit aetate, alter qui solummodo in piis commentationibus fidei reperitur: eiusmodi, exempli causa, est Christus, quem Ioannis evangelium exhibit; quod utique, aiunt, totum quantum est commentatio est.

Verum non his philosophiae in historiam dominatus absolvitur. Monumentis, ut diximus, bifariam distributis, adest iterum philosophus cum suo dogmate vitalis immanentiae; atque omnia edicit, quae sunt in ecclesiis historia, per vitalis emanationem esse explicanda. Atqui vitalis cuiuscumque emanationis aut causa aut conditio est in necessitate seu indigentia quapiam ponenda: ergo et factum post necessitatem concepi oportet, et illud historice huic esse posterius. — Quid tum historicus? Monumenta iterum, sive quae in libris sacris continentur sive aliunde adducta, scrutatus, indicem ex iis conficit singularum necessitatum, tum ad dogma tum ad cultum sacrorum, tum ad alia spectantia, quae in Ecclesia, altera ex altera, locum habuere. Confectum indicem critico tradit. Hic vero ad monumenta, quae fidei historiae destinantur, manum admovet; illaque per aetates singulas sic disponit, ut dato indici respondeant singula: eius semper praecepti memor, factum necessitate, narrationem facto anteverti. Equidem fieri aliquando possit, quasdam Bibliorum partes, ut puta epistolas, ipsum esse factum a necessitate creatum. Quidquid tamen sit, lex est, monumenti cuiuslibet aetatem non alter determinandam esse, quam ex aetate exortae in Ecclesia uniuscuiusque necessitatis. — Distinguendum praeterea est inter facti cuiusquam exordium eiusdemque explicationem: quod enim uno die nasci potest, non nisi decursu temporis incrementa suscipit. Hanc ob causam debet criticus monumenta, per aetates, ut diximus, iam distributa bipartiri iterum, altera quae ad originem rei, altera quae ad explicationem pertineant secernens; eaque rursus ordinare per tempora.

Tum denuo philosopho locus est; qui iniungit historico sua studia sic exercere, uti evolutionis praecepta legesque praescribunt. Ad haec historicus monumenta iterum scrutari; inquirere curiose in adiuncta conditionesque, quibus Ecclesia per singulas aetates sit usa, in eius vim conservativam, in necessitates tam internas quam externas quae ad progressandum impellerent, in impedimenta quae obfuerunt, uno

verbo, in ea quaecumque quae ad determinandum faxint quo pacto evolutionis leges fuerint servatae. Post haec tandem explicationis historiam, per extrema veluti linea menta, describit. Succurrit criticus aptatque monumenta reliqua. Ad descriptionem adhibetur manus: historia confecta est. — Cui iam, petimus, haec historia inscribenda? Historico ne an critico? Neutri profecto; sed philosopho. Tota ibi per apriorismus res agitur: et quidem per apriorismum haeresibus scatentem. Miseret sane hominum eiusmodi de quibus Apostolus diceret: Evanuerunt in cogitationibus suis... dientes enim se esse sapientes, stulti facti sunt (1): at bilem tamen commovent quum Ecclesiam criminantur monumenta sic permiscere ac temperare ut suae utilitati loquantur. Nimirum affingunt Ecclesiae, quod sua sibi conscientia apertissime improbari sentiunt.

Ex illa porro monumentorum per aetates partitione ac dispositione sequitur sua sponte non posse libros sacros iis auctoribus tribui, quibus reapse inscrubuntur. Quam ob causam modernistarum passim non dubitant assere, illos eosdem libros, Pentateuchum praeassertim ac prima tria Evangelia, ex brevi quadam primigenia narratione, crevise gradatim accessionibus, interpositionibus nempe in modum interpretationis sive theologicae sive allegoricae, vel etiam inieictis ad diversa solummodo inter se iungenda. — Nimirum, ut paucis clariusque dicamus, admittenda est vitalis evolutionis librorum sacrorum, nata ex evolutione fidei eidemque respondens. — Addunt vero, huius evolutionis vestigia adeo esse manifesta, ut illius fere historia describi possit. Quin immo et reapse describunt, tam non dubitanter, ut suis ipsis oculis vidisse credere scriptores singulos, qui singulis aetatisibus ad libros sacros amplificando admirantur manum. — Haec autem ut confirmant, criticem, quam textuelam nominant, adiutricem appellant; nitunturque persuadere hoc vel illud factum aut dictum non suo esse loco, aliasque eiusmodi rationes proferunt. Dicentes profecto eos narrationum aut sermonum quosdam quasi typos praestituisse sibi, unde certissime iudicent quid suo quid alieno stet loco. — Hac via qui apti esse queant ad discernendum, aestimet qui volet. Verumtamen qui eos audiat de suis exercitationibus circa sacros libros affirmantes, unde tot ibi incongrue notata datum est deprehendere, credit fere nullum ante ipsos hominum eosdem libros volutasse, neque hos infinitum propemodum Doctorum multitudinem quaevaversus rimatam esse, ingenio plane et eruditione et sanctitudine vitae longe illis praestantiorum. Qui equidem Doctores sapientissimi tantum abfuit ut Scripturas sacras ulla ex parte reprehenderent, ut immo, quo illas scrutabantur penitus, eo maiores divino Numini agerent gratias, quod ita cum hominibus loqui dignatum esset. Sed heu! non iis adiumentis Doctores nostri in sacros libros incubuerunt, quibus modernistarum scilicet magistrorum et ducem non habuere philosophiam, quae initia duceret a negatione Dei, nec se ipsi iudicandi normam sibi delegerunt. — Iam igitur patere arbitramur, cuiusmodi in re historica modernistarum sit methodus. Praedit philosophus; illum historicus excipit; pone ex ordine legunt critice tum interna tum textualis. Et quia primae causae hoc competit ut virtutem suam cum sequentibus communicit, evidens fit, criticus eiusmodi non quapiam esse criticen, sed vocari iure agnostican, immanentiam, evolutionistam: atque ideo, qui eam profitetur eaque utitur, errores eidem implicitos proficeri et catholicae doctrinae adversari. — Quam ob rem mirum magno videi possit, apud catholicos homines id genus criticus adeo hodie valere. Id nempe geminam habet causam: foedus in primis, quo historici critique huius generis artis subditorum.

(2) Cappellani castrenses et parochi, de quibus in casu, potestatem territoriale, prout ipsa sancta a decreto Ne temere, non habent, quum eorum subditu non commorantur in territorio fixo vel alii parochis assignate, quare dicti cappellani et parochi potestatem personalem iuxta Tridentinum retinere relate ad sponsalia et matrimonia suorum tantum subditorum.

(3) Et hoc quia parochi huiusmodi aquiparantur alia parochis territoriorum separatum habentibus.

(1) Ad Rom., I, 21 e 22.

sime inter se iunguntur, varietate gentium ac religionum dissensione posthabita: tum vero audacia maxima, qua, quae quisque effutat, ceteri uno ore extollunt et scientiae progressioni tribunt; qua, qui novum portentum aestimare per se volet, facto agmine adoriantur; qui neget, ignorantiae accusent; qui amplectitur ac tuetur, laudibus exornent. Inde hand pauci decepti; qui, si rem attentius considerarent, horrent. — Ex hoc autem praepotenti errantium dominio, ex haec levium animorum incanta assensione quedam circumstantis aeris quasi corruptio gignitur, quae per omnia permet luemque diffundit.

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE

Ex Congregatione Concilii Tridentinis decretis interpretandis.

Quomodo nonnulli articuli ex decreto «Ne temere» de sponsalibus et matrimonio (1) interpretandi sint.

I. In decreto Ne temere quod catholicos ritus orientalis nihil est immutatum.

II. Sub art. XI § 2, in exceptione enunciata illis verbis: nisi pro aliquo particulari loco aut regione alter a S. Sede sit statutum «comprehendit tantummodo Constitutio Pro-vida (2), non autem comprehenduntur alia quaecumque de-creta, facto verbo cum Sanctissimo; et ad mentem.

III. In imperio Germania catholici, qui ad sectam haereticam vel schismaticam transierunt, vel conversi ad fidem catholicam ab ea postea defecerunt, etiam in iuvenili vel infantili aetate, ad valide cum persona catholica contrahendum vel paternum clariusque dicamus, admittenda est vitalis evolutionis librorum sacrorum, nata ex evolutione fidei eidemque respondens. — Addunt vero, huius evolutionis vestigia adeo esse manifesta, ut illius fere historia describi possit. Quin immo et reapse describunt, tam non dubitanter, ut suis ipsis oculis vidisse credere scriptores singulos, qui singulis aetatisibus ad libros sacros amplificando admirantur manum. — Haec autem ut confirmant, criticem, quam textuelam nominant, adiutricem appellant; nitunturque persuadere hoc vel illud factum aut dictum non suo esse loco, aliasque eiusmodi rationes proferunt. Dicentes profecto eos narrationum aut sermonum quosdam quasi typos praestituisse sibi, unde certissime iudicent quid suo quid alieno stet loco. — Hac via qui apti esse queant ad discernendum, aestimet qui volet. Verumtamen qui eos audiat de suis exercitationibus circa sacros libros affirmantes, unde tot ibi incongrue notata datum est deprehendere, credit fere nullum ante ipsos hominum eosdem libros volutasse, neque hos infinitum propemodum Doctorum multitudinem quaevaversus rimatam esse, ingenio plane et eruditione et sanctitudine vitae longe illis praestantiorum. Qui equidem Doctores sapientissimi tantum abfuit ut Scripturas sacras ulla ex parte reprehenderent, ut immo, quo illas scrutabantur penitus, eo maiores divino Numini agerent gratias, quod ita cum hominibus loqui dignatum esset. Sed heu! non iis adiumentis Doctores nostri in sacros libros incubuerunt, quibus modernistarum scilicet magistrorum et ducem non habuere philosophiam, quae initia duceret a negatione Dei, nec se ipsi iudicandi normam sibi delegerunt. — Iam igitur patere arbitramur, cuiusmodi in re historica modernistarum sit methodus. Praedit philosophus; illum historicus excipit; pone ex ordine legunt critice tum interna tum textualis. Et quia primae causae hoc competit ut virtutem suam cum sequentibus communicit, evidens fit, criticus eiusmodi non quapiam esse criticen, sed vocari iure agnostican, immanentiam, evolutionistam: atque ideo, qui eam profitetur eaque utitur, errores eidem implicitos proficeri et catholicae doctrinae adversari. — Quam ob rem mirum magno videi possit, apud catholicos homines id genus criticus adeo hodie valere. Id nempe geminam habet causam: foedus in primis, quo historici critique huius generis artis subditorum.

(1) Cfr. Vox Uras an. X, n. IX.

(2) Hac decisione coactaret vis Constitutionis Provisa (Cfr. Vox Uras, an. IX n. VII) quae adhuc vigebit: 1º quod matrimonia mixta in Germania iam contracta vel contrahenda usque ad Pascha currentis anni, quare decreto Ne temere exequationem obtinebit; 2º quod matrimonia mixta a catholicis cum acatholicis contrahenda, non servata forma in praesenti decreto prescripta; nam sub nomine «catholicorum» per decreto Ne temere comprehenduntur omnes in Ecclesia dumtaxat catholica baptizati etiam si ex haeresi aut schismate conversi fuerint, vel a fide catholica ad haeresim vel schismam transierint.

(3) Cappellani castrenses et parochi, de quibus in casu, potestatem territoriale, prout ipsa sancta a decreto Ne temere, non habent, quum eorum subditu non commorantur in territorio fixo vel alii parochis assignate, quare dicti cappellani et parochi potestatem personalem iuxta Tridentinum retinere relate ad sponsalia et matrimonia suorum tantum subditorum.

(4) Et hoc quia parochi huiusmodi aquiparantur alia parochis territoriorum separatum habentibus.

monii adsistere valet, quoad suos subditos tantum ubique in dicto territorio, facto verbo cum Sanctissimo.

VII. Cappellani seu rectores piorum cuiusvis generis locorum, a parochiali iurisdictione exemptorum, adsistere valide possunt matrimonii absque parochi vel Ordinarii delegatione pro personis sibi creditis, in loco tamen ubi iurisdictionem exercent, dummodo constet ipsi commissam fuisse plenam potestatem parochiale.

VIII. Solitum servetur circa legem vel consuetudinem in nonnullis dioecesibus vigentem, vi cuius a Curia episcopali peragenda sunt acta, quibus constet de statu libero contrahentium, et dein venia fiat parochis adsistendi matrimonii.

— Canonici et parochi, qui fidei professionem emiserunt in actu collationis beneficii, non tenentur aliam emittere infra duos menses a die adeptae possessionis (quando scil. actus collationis et possessionis non sunt simultanei). (Ex decr. d. XVI mens. Novembr. MDCCCCVI).

Ex Congregatione S. Romanae et Universalis Inquisitionis.

— Necessarium est ut sive in Seminariis clericorum saecularium et studiorum dominibus Religiosorum, sive in Universitatibus, Lyceis, Gymnasiis aliisque educationis collegiis vel institutis a iuvenum institutione omnino removeantur moderatores atque magistri, qui damnatis erroribus infecti cognoscuntur, vel eorum suspecti merito habentur.

Necessarium pariter erit interdicere, praesertim Seminariorum alumnis ac universim viris ecclesiasticis, ne nomen dent libellis periodicis, quibus neoterici errores sive aperte propugnantur sive latenter insinuantur, neque quidquam in eis publici iuris faciant. A qua regula non deflectant, etsi aliquando gravis ratio aliquid suadere videatur, nisi de sensu Ordinarii.

Consultum postremo erit sacram ordinationem differre vel etiam prorsus denegare iis, qui, quod Deus avertat, neotericis erroribus imbuti essent, quos non ex animo reprobarent atque reiicerent. (Ex decr. d. XXVIII mens. Aug. MDCCCCVI).

In sacerdotem Alfredum Loisy in dioecesi Ligonensi in praesens commorantem, quem plura et verbo docuisse et scripto in vulgus edidisse, quae ipsamet fidei christiana potissima fundamenta subvertunt, iam ubique compertum est, de expresso S. D. N. Pii PP. X mandato, sententia maioris excommunicationis *nominatum ac personaliter* pronunciatur, solemniter declaratur, eum omnibus plecti poenis publice excommunicatorum, ac proinde *vitandum esse* atque ab omnibus vitari debere. (Ex decr. d. VII mens. Martii MDCCCVIII).

DIARIUM VATICANUM

(Die XXI mens. Martii - d. XXI mens. Aprilis MDCCCVIII)

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites aliosque viros, qui sui quisque muneris gratia Pontificem de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: Atrebatenium peregrinorum manus; legati singuli apud Apostolicam Sedem omnia Pontifici offerentes ob diem eius nominalem; coetus ad cultum agrorum Galliae iubilare donum Pontifici offerens, ipsius effigiem in herma singulari artificio

insculpta; Lobkowitz princeps eiusque uxor; Pierpont Morgan eiusque filia; Magdalena Patrizi Montoro marchionissa, Philippa Patrizi, S. R. E. signiferi, vidua, eiusque liberi; Fabius Fani Comes; Joseph Imsand, qui emeritus Helveticus cohortis stipendiis, ex eadem recessit; Gallicarum mulierum coetus ad patrarium tuendam ab eminentissimo viro Victorio Luciano Léot, archiepiscopo Burdigalensi, coram adductus; Iosephus Ripostelli, opus de Appiae viae restitutione cum Horatio Marucchi exaratum Pontifici offerens; manus peregrinorum ex Hungaria; Gallici peregrini ad terram Sanctam proficiscentes; coetus mulierum ex omni civitate ad puellas protegendas; Albertus Blanca, legatus extraordinarius atque minister cum omni potestate Argentinae Reipublicae apud Apostolicam Sedem; De Gonzales marchio, a consilio Apostolicae Hispaniae delegationis apud Apostolicam Sedem recens electus; solemnis ritus De Bülow princeps, Germanici Imperii Cancellerius, eiusque uxor; Austriaci Hungarie iuvenes studiis vacantes ad quingentorum numerum cum moderatoribus atque magistris suis. Hos SSmus benignissime latine alloquitur et Ioannis praedilecti Christi discipuli Paulique apostoli verbis apte usus, ad pietatem fovendam studiaque alacriter persequenda hortatur.

Pontificiae electiones.

Maximilianus de Lingg, episcopus Augustan. Vindelicorum, et Paulus Keppler, episcopus Rottemburgensis, inter episcopos Pontificio solio adstantes referuntur.

— Ioannes Ciccolini, scholis vespertinis operariorum catholicorum Romae praepositus, inter antistites domus Pontificis adsciscitur.

— Vincentius Sardi, a secretis Brevium ad Principes, archiepiscopus Caesariensis dicitur et legatus Apostolicus Constantinopolim mittitur.

— Antoninus Marini, Sacri Senatus tabularius, in collegium duodecim virorum Urbi curandae adlegitur.

— Petrus Alfonso Iorio, archiepiscopus Tarentinus, Vicarius Vaticani capituli creatur.

Varia.

Die XXXI mens. Martii Pontifex in Vaticanam basilicam descendit sacraque peragit coram Romanis pueris sodalitatis Filiarum B. M. V., ad numerum millium decem.

Accepimus, die III proximi mensis Maii reverendissimum virum O' Connell, Washingtoniensis catholici athenaei rectorem, a Purpurato Patre Iacobo Gibbons, archiepiscopo Baltimoresi, archiepiscopum Sebastenum iri consecratum. Praesuli erga nos benignissimo, tanto honore apprime digno, obsequientis animi sensus hinc humiliter deferimus.

ANNALES

Inter Italos atque Turcas discrimen.

Non provisum discrimen medio hoc mense Aprili amicitiae rationes interrumperem minatum est inter Italos et Turcarum gubernium, quod aliquo ex tempore cuique Italorum inceptui in Mahumethanorum

imperio obsistere videbatur. Aliquot publicorum officiorum institutio ad Italorum epistolas accipiendas atque distribuendas a Turcis negata, quasi gutta apparuit qua vas exundaret, effecitque ut Italica classis instrueretur ad portum aliquem Turcicum occupandum. Sed vix ea ad finem suum consequendum ex inferiori Italia profecta erat, quum nunciatum est Turcarum imperatorem, consilium administri alicuius Italis infensi prius sequutum, quum deinceps sibi persuasum esset, ad iniustum causam sese inclinasse, Italorum tandem quae sit partim illio cessisse, partim brevi benigne satisfacturum. Ita, bono alite, omnis concertationis causa evanuit.

Regum et administrorum itinera.

Sublato sic omni interrumpendae pacis in Europa timore, animi erecti, et ad eam confirmandam versunt. Cuius rei maxima industria deducta sunt tum ex regum — et Nicolai, Montis-nigri principis ad Russorum Caesarem, et Guilelmus, Germanorum Imperatoris ad Italorum Graeciae reges — tum ex administratorum itineribus; Bülovii imprimis, Germanorum magni cancellarii, qui Vindobonam ante, deinde Romam tenuit, ubi non solum cum Italiae rectoribus convenit, sed ipsum Pontificem invisit, quocum tres horae partes intime, neque certe inaniter, est colloquutus; unde est sperandum fore ut quaestiones quae de religione in Germania agitantur componantur amice.

Mauritana res.

Si ex militari, ut ita dicamus, statu Mauritanam rem perspexerimus, ea immota permanit, gladiationibus hinc inde sine ullo singulari effectu persistentibus. Contra, anxi animi sensus iterum atque iure surrexerunt ex novis Raisulii ostentationibus. Is enim nunc et petit in integrum restitutionem circa Fahs gubernatoris officium sibi ante bellum commissum, et Abd El Azis fratri quasi protectorem se iactitat. Quid? Vultne amissum favorem apud suos dolo recipere, occasionem ultionis exspectaturus, an verum populi bonum in aequa concordia curare?

Ex inferiore America.

Quum de inferiore America loquendum sit, facile est conjectari, novas seditiones bellaque civilia heu! referri debere. Hodie equidem est Venezuelana res publica, cuius Castro praeses cum Civitatibus foederatis Nordicae Americae concurrit, experimenta agentibus ex eo quod Castrum eundem iuxta Monroe

doctrinam defenderint; est Guatemalensis, internis discordiis ita agitata, ut ipsius praesidis vita in discrimen — incassum quamvis feliciter — adducatur. Neque mirum si alia huiusmodi in proximis recensionibus memoranda fiant!

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Anglia lata lex de delictorum oblivione, iis exceptis, quae ad militiam et convicia spectant. De civili libertate Hibernis amplificanda disceptatum. Ob malam denique valetudinem Heinrico Campbell Bannerman, — qui quidem paucis post diebus obiit, — a munere supremi administri recessente, ei suffectus est Herbertus Heinricus Asquith, «Abaci Cancellarius».

In Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis publico coetu sunt a praeside de augenda classi novae litterae delatae.

In Germania rationes accepti et expensi ad examen adductae, accensisque publicis Polonicae regionis mercedes lege auctae.

In Lusitania comitia, nec eadem quiete, habita, regis fautoribus omnino triumphantibus.

In Russia de rationibus Sanctae Synodi, in quas publici coetus inquisitio circa accepta et expensa populata erat, disputatum: inquisitio vero, iuxta gubernii placita, reiecta.

In Serbia administratorum collegio, cui Pasics praererat, a suo officio recessente, nova comitia ea mente indicta, ut populus suum ipse consilium aperiat de commercii foedere cum Austro-Hungarico imperio.

PER ORBEM

Die XXI mens. Martii MDCCCVIII in locum Aemilii De Giorgis, vita functi, militum publicae securitati in Macedonia praefectus renunciatur Antonius Di Robilant, Italus et ipse.

— d. XXIV Cannesii in urbe, Devonshire dux obit, repentina morbo corruptus.

— d. XXV ab Italorum rege excepti Venetas appellunt, Italiae et Greciae aliquot urbes maritimae lustratur, Guilelmus, Germanorum Caesar, eiusque uxoris et filia.

— d. XXVI Fridericus Augustus III, Saxonum rex, privatus Genuam tenet.

— d. XXVII regia Taurinensis academia ad medicinam provehendam quinquennali praemio inter me-

dicos orbis universi ornat Bartholomeum Gosium ob inventas ab eo « bioreations arsenici, tellurii et selenii » easque ad vitae usum applicatas.

Genuae legati ex totius Italiae Catholicorum societibus ad duo millia hominum et ultra primum congregantur.

Die i mens. Aprilis S. Remuli, in oppido Liguria, Alexander Wlangali moritur, qui Russorum legatus apud Italos diu fuerat.

— d. ii Romae, a funeribus caementarii cuiusdam, mortui ob lapsum ex aedibus, quarum aedificationi vacabat, occasione arrepta, anarchistae in publicae quietis custodes proditorie impetum faciunt. Vis vi repellitur: cives quatuor misere vitam amittunt; alii, inter quos vigiles plures, vulnera patiuntur. Sequitur inde omnium operariorum per dies duos a laboribus ex condito desertio.

Philadelphiae, Italorum et nigritarum manus inter se acerrime digladiantur.

— d. iv Montis Caroli ad urbem, dum navicularum automobilium certamen fit, earum una, *Fiat* nomine distincta, incenditur atque mergitur, vix navigii magistris sospitibus evadentibus.

— d. v Victoria, Suetiorum regina, Venetas visitatura pervenit.

— d. vii Neapoli neurologiae conventus italicus primus inauguratur.

— d. ix Lutetiae Parisiorum obit Iosephus Tornelli, Vergani Comes, Italorum legatus apud Gallos, vir rei publicae gerendae ratione et prudentia imprimitus clarus, Novariae ortus d. xii mens. Februarii an. MDCCXXXVI.

— d. xi incendium, qua de causa exortum ignoratur, in cinerem adducit ligneam ferriviae stationem Florentinam, cui a Campo Martio nomen.

— d. xii Romam advenit de Bülow, Germanici imperii cancellarius.

Leopoli, Potocki Comes, Poloniae Austriacae gubernator, a Rutheno quodam invene manuballistae ictibus, dum coram se admissions concedit, occiditur.

— d. xiii Cheisea, Bostoniae suburbium ab officiis ad quadraginta millium numerum habitatum, igni, a petrolei puteis alto, omnino vastatur, ingenissimo tum incolarum tum opum damno.

— d. xiv Berolini pariter flammae destruunt militum templum eique adnexam turrim. Quod gravius, vexilla in bello an. MDCCCLXX-LXXI Francogallis erupta, praeter unum, omnia comburuntur.

— d. xvii Mediolani, dum ad probandam solidatem aedificii cuiusdam ad mercium receptaculum adhibendi experimenta fiunt, contignationes tres concidunt trahuntque in ruinam aedium partem maximam opificesque plures, quorum duodecim cum altero ex architectis horrenda morte plectuntur.

Quamquam ab hac eventuum recensione alienum — accedit enim die xxiii mens. Aprilis — facere non possumus quin, cum indignantibus exculti cuiusque animi vocibus, nostram commiscentes, illud facinus vehementer improbus factiosorum canalicolarum qui, in Arieino ponte ad Albanum oppidum, Scotorum in Urbe collegii alumnos placide rusticantes, non aliter quam malesuada voluptate aggressi, eorum duos, Eduardum Mellon diaconum, et Gualterium Mac Hard, graviter vulnerarunt. Est prefecto hic inter terrimos fructus recensendus effrenatae illius licentiae a gubernantibus apud Italos perditis hominibus concessae, quae religionis, bonorum morum omnisque cultus sensu quovis sublato, latinum sanguinem, humanitatis indicium semper habitum, ad infimam deiectio- nem misero fato heu trahet!

AENIGMATA

I.

Multiplicare voto. Mihi litterulam adde parentem:
Thyrsigeri Bacchi cernere fas tibi erit.

II.

Pabula significo, quae iactat vel levis aura.
Rho mihi subnectas: collo dependeo tauri.

F. P.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet opus cui titulus:

T. VALLAURI
DE RE EPIGRAPHICA
ACROASIS.

Aenigmata an. XI, n. II proposita his respondent:

1) In vino veritas; 2) Avis - Vis - A - As.

Ea rite soluta miserunt:

Amadeus Robert, *Roma*. — Guili. Schenz, *Ratisbona*. — F. Arnori, *Mediolano*. — Rich. Müller, *Berolino*. — Val. Mieczely, *Strigonia*. — Petrus Tergestinus — Lad. Lud. Podobinski, *Cracovia*. — Rich. Brondel, *Brugis*. — I. Walter, *Neo-Eboraco*. — Aug. Robert, *Chicotino in Canada*. — Lod. Dubois, *Massilia*. — Alex. P. Gest, *Trentonio*. — Ambr. Szubert, *Cracovia*. — Ios. Martins, *Philadelphia*. — Frane. Bonaventura, *Aterno*. — F. Guerra, *Aletia*. — Maxim. Wronski, *Nova Vies Navodovva*. — I. Ortiz, *Morelia*. — T. T. Chave, S. Boize. — Guili. Schmidt, *Londino*.

Sortitus est praemium:

Lod. Dubois,
ad quem missum est opus cui titulus:

ÉLÉMENTS D'ICONOGRAPHIE CHRÉTIENNE
par LOUIS CLOQUET.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis, Phil. Cuggiani.

TARCISIUS — Actio dramatica I. B. FRANCESIA. (6)

(Versibus senariis conscripta).

DIOCLETIANUS (1).

En gens regina dicitur quae populi!
Ruit, ruit! Roma, fatalis sententia
Divorum, nimio conspersa sanguine
Earum gentium quas dicis barbaras,
Tuorum sanguinem pasceri civium!
Crudelem semper enutritam sanguine,
Urbem perdidero laetus per sanguinem.
Nero Romae flammis inclutus filius
Adussit urbem, quam refecit auream;
Quis vetat perfidos me cives perdere,
Novos ut fortis suscitem de cinere?

IANUS.

Tuum renascitur, Caesar, ingenium!

DIOCLETIANUS (2).

Quod circum magnum regnat nos silentium!...
Quot occisorum larvae me terrificant!
Oh! si daretur pax antiqua larium!
Et alma mater teneris colloquii
Nos exhilarabat lassos post vesperum
Dulcis admiscens alimenta tepida....
Domi quis antiquam pacem restituet?
Erat tunc magna cordis exultatio;
Erat solemnis Romae mihi mentio....
Suorum civium, suorum et consulum
Armis, qui mundum subigebant alacres,
Meam subegerat mentem recordatio;
Huius civitatis videndae ambitio!
Innocens denuo si viderem domum,
Has sedes splendidas darem Palati!
Sed hic ad mortem ducitur quae mulier?
Me me terrificat, cruciat citra modum,
Et ipsa videor vagari saeviens!

IANUS.

Facis quid, Caesar?

DIOCLETIANUS.

Est mater, est nobilis....

IANUS.

Sed est Christiana, inimica Caesari!

DIOCLETIANUS (3).

« Tuam tenes fidem? Da responsum!... — Teneo!
— Cui dabis filium? — Confido Deo!
O fortis omni gloria dignissima!
« Christo dedi fidem; servabo fortiter!»
Modoque nullo cessit a sententia!...

(1) Subridens maligne.

(2) Anxius.

(3) Repetit quae Fulvia ad tribunal dixerat, sed inter se.

Hinc auferatur mater de conspectu meo
Et exponatur bestiis in Circulo.
Suns sed vagatur semper mihi spiritus.... (1)
Novus quid adstantium dicit strepitus?...
Cuncta dominatur novum silentium!...
Foret quae nunc Romae Fulvia felicior?
Aedes habet multas in Urbe amplissimas,
Ruri villas possidet pulchras et divites,
Florens iuventa, deliciis affluens,
Domus nitescit claris et consulibus,
Ducesque passim nominat exercitus.
Amans novam Christi sectam prae ceteris,
Superba spernit omne quod colit saeculum;
Aedes quas nitidas, regales dixeris,
Auro decoras aere et imaginibus,
Frequentant debiles, pannosi, pauperes,
Pudent qui plagis languentium sordibus,
Quibus dat ipsa panem cum muneribus,
Suoque aegrotos medetur ipsa manu.
Fluit per Urbem quidquid est foedissimum
In aedibus recepit laeta Fulvia.
Omnes eam laudant, ferunt ad sidera.

SCENA VI.

CIVES (2), CROMATIUS, DIOCLETIANUS.

CIVIS I.

Et ipsa flagellis fortis occubuit!

CIVIS II.

Perculta, proh nefas! Romanis legibus!

CIVIS III.

Lex ipsa Romana Romanis parceret,
In primis esset actio si de feminis!

CIVIS II.

Non lex Romana regit, sed arbitrium!

CIVIS I.

Vidistis ne? ipsae pepercere belluae!

CIVIS II.

Multo clamore etsi lacesseret populus
Leones rabidos, pantheras Africas!

CIVIS I.

Et ipsa fixis oculis ad sidera
Immemor corporis precatur ultima.

(1) *Novus rumor interior*.

(2) *Conciliatis verbis, nihil cogitantes de Caesare, quem praesentem ignorant*.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
COMMENTARII VOX URBIS IN AN. MDCCCCVIII

Pretium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80
ubique extra Italianam Libell. 6,25
(Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25)
recto tramite mittendum

ad ARISTIDEM LEONORI Equitem
Commentarii "Vox Urbis," possessorem et administratorem
ROMAM, Piazza del Gesù, 48

Praemia sociis constituta:

Ex subnotatoribus quisque sive *Vox Urbis* kalendarium, sive tabulam m. 0,25 × 0,45 Pontificiam dominationis auspicationem referentem a Pio PP. IX anno M DCCXLVI peractam, *ad libitum* sibi habebit.

Qui socios novos comparaverit duos pretiumque eorum subnotationis miserit, subnotatione sibi gratuita omnino fruetur.

Qui socios novos comparaverit tres — bibliopolis exceptis — magnificam tabulam dono accipiet m. 0,63 × 0,85 in qua apposita charta manu facta, calcographice impressa, officina Urbani hospitii S. Michaelis ad Ripam, antiqua gloria insignis, imaginem retulit Pii X Pont. Max. vultus vigore, oculorum vi lineamentisque iure merito apud omnes celebratam.

Qui triginta socios novos comparaverit ante Iulium mensem — bibliopolis pariter exceptis — dimidiatum pretium itineris habebit a quovis Europae loco ubi vivit Romam usque, atque inde in domum suam, secunda, prouti vocant, ferriveharum classi usus.

Qui sexaginta socios novos comparaverit uti supra, eodem itinere gratis omnino gaudebit.



Il lettore può
Consultazione, las-
in questa scatola.

I volumi così a
ma lasciati sul tav-

Tutti i volumi
dal personale dell'

I volumi dei de-
ai Custodi, i quali
per i giorni succe-

Qualora si trovi
indicante che il
l'interessato potrà
ottenerne brevem-

Si raccomanda
riguardo.

Nelle sale va
Ai trasgressori

Ann. XI. ROMAE, Kal. Junii MDCCCCVIII Num. VI.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est:

In Italia: Libellarum 4,80
ubique extra Italianam: Lib. 6,25 (Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25)

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem

Commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA - Piazza del Gesù, 48 - ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN GALLIA
apud
Librairie Gamber

IN ANGLIA
apud
Burns and Oates

IN RUSSIA
Varsaviae Polonorum
apud
Gebethner et Wolf
Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN CANADA
apud
Librairie Granger Frères
Montreal
1000, Rue Notre-Dame.

Paris
Rue Danton.

London W.
28, Orchard Street.

"Kronika Rodzinna"
Krakowskie Przedmiescie, 6.